

puella quæ in eo habitum novitiarum susceperat ante prohibitionem S. Congregationis, iterum, ac tertio petisset se ad professionem admitti offerens se communem vitam exactè observaturam, quin & reditus monasterij pauperis aucturam; S. Congregatio semper abnuvit, periculosum existimans profiteri in monasterio, in quo Moniales o-  
 67 **S**ymnes erant proprietaria. Plures quoque ordinationes ad vitam communem instituendam, conservandamque fecit Congr. Regularium in decretis editis die 2. Julij 1589. pro reformatione Monialium civitatis Neapolis, & Salerni. Et quamvis inter cætera fragilitati sexus indulgèdo disposuerit, ut in monasterijs, in quibus in eam usque diem retinebantur provisiones, & non omnia in commune confererentur, concederetur licentia accipiendi aliquam subventionem pro religiosis necessitatibus de manibus Depositaria, seu Abbatissæ, atque ad illius nutum, & quæ supersessent Abbatissa erogare teneretur in communes usus monasterij, ac Ordinarij, sive Superiores monasterij quotannis exigent rationem a Depositaria, & Abbatissa de hujusmodi provisionibus, & in eas transgredientes graviter animadvertent: nihilominus postea facta relatione Clementi VIII. die 6. Maji 1600. Sanct. Sua addidit, ut Moniales tenerentur præstationes omnes ipsis assignatas Superioribus fideliter notificare, & consignare in certo libro notandas, & per communes officiales monasterij exigendas, ad hoc ut in usum ipsarum Monialium pro singularum religionis necessitatibus de mandato Abbatissæ per ministros publicos, & communes monasterij in totum, vel pro parte, ut opus esset, quotannis erogarentur.

67 **A**ccedunt prædictis decreta Clementis VIII. edita ad Regularium reformationem, quæ vel declarando Concilium Trid. vel illi addendo ad firmiorem observantiam, satis clarè sustulerunt corruptelas, & opinionis initio relatas in hæc verba,

68 **Q**uod Tridentini Concilij decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur ut nullus ex Fratibus etiam si superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proveniunt, census, elemosinas sive ex concionibus sive ex lectionibus, aut pro Missis tam in propria ecclesia, quam ubique celebrandis, aliove ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possit; sed ea omnia statim Superiori tradantur, conventuique incorporentur, atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quod communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit. Neque Superioribus quicumque illi sint ullo pacto liceat eisdem Fratibus, aut eorum alicui bona stabilia etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut consensum etiam depositi, aut custodia nomine concedere. ] Et infra. [ Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit quominus culpæ, & pœnæ ab eisdem Concilij decretis impostæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiam si Superiores assenserent hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere possent quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus. ] Et paulo post. [ Nullus ex Sepe-

rioribus administrationem bonorum, ac aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & redituum sui conventus etiam nomine conventus per seipsum habere, sive exercere possit: sed universum id onus tribus Fratibus ejusdem conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, redituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: Alter tamquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet: Alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis Priori, & Fratibus, ac conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta Charitatis regulam veluti bonus dispensator provideat; officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta. ]

His decretis explicantur singula verba Trid. Concilij cap. 2. sess. 25. de regul. Nam quod Concilium in princ. illius text. generaliter ait: (Bona immobilia, vel mobilia cujuscumque qualitatis fuerint: Clemens magis specifica expressione adjecit: aut pecuniam, proveniunt, census, elemosinas, &c.) Quibus verbis satis clarè improbavit abusus quarto loco relatum in themat. quæstion. Canonico Regularium, in quibus annuat portiones, seu provisiones assignantur ex bonis monasterij. Item quod Concil. dixit: quovis modo acquisita; Clemens explicat, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis celebrandis, aliove ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint. Quibus verbis similiter damnantur aperte primus, secundus, & tertius abusus in themate relati illorum monasteriorum, in quibus assignantur alicui Regulari anni reditus, sive relicti consanguineis, sive sibi reservati ante professionem, sive empti ex pecuniis ex prædicationibus, vel aliunde quaesitis. Unde etiam patet sublatam esse differentiam, quam nonnulli ex DD. in c. Cum ad monasterium, infra eod. constituebant inter bona propria monasterij, & bona quæ Regularis sibi reservat in actu professionis, vel aliunde acquirit. Hæc enim differentia nec jure probatur, cum omnia illico monasterio acquirantur; adeo ut nec momento temporis possint penes Monachum consistere, ut scripsit Abb. hic n. 8. & declaravit S. Congregatio Concilii in prædicta causa Panormitana. Item quod Concilium præcipit: Sed statim ea Superiori tradantur, conventuique incorporentur: Clemens declarando de qua incorporatione ea verba sint intelligenda explicat: Atque cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, & proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit. Etiam ut Regulares omnem affectum proprietatis deponerent, voluit ut omnia ita confunderentur, ut ab eis discerni, ac separari amplius non possent. Ex qua quidem confusione eodem modo improbantur abusus omnes initio proposti: jam enim constat nemini Regularium assignari posse annuat portiones, seu reditus annuos; cum omnia ita confundi debeant, ut vitæ necessaria communiter omnibus inde ministrari valeant. Atque ita cessant opiniones Doctorum, qui in cap. Edoceri, de restruct. per illam textum scripserunt posse Abbatem cum consensu Capituli dividere reditus monasterij, & ordinare, ut singulis Monachis detur certa quantitas

titas pecuniæ pro vestimentis, & aliis eorum necessitatibus, ut ibi per Decium m. 17. & in decisione bonorum monasterij de Roncevalle latissime 72 per Navar. in d. Cadillan, à m. 8. 18. quæ 2. Item dum Concilium disponit, ut nemini Regularium liceat bona immobilia, vel mobilia tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, ne quisquam arbitrari possit ea verba esse intelligenda de bonis, quæ Regularis tenet sine licentia Superioris: Clemens hanc difficultatem sustulit dicens: (Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quominus culpæ, & pœnæ ab eisdem Concilij decretis impostæ, & ipso facto incurrendæ obnoxij sint, etiam si Superiores assenserent se illas concedere posse.) Et his verbis similiter improbantur opiniones illorum, qui assentunt Regulares excusari à proprietate, cum habent peculium de licentia Superioris, & dependenter ab eorum voluntate, & nutu: jam enim patet non pendere à voluntate, & dispensatione Superiorum, quin omnia sint confundenda cum cæteris bonis monasterij pro communibus necessitatibus. Rursus ubi Concilium d. c. 2. in §. Nec deinceps, dixit: etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam; Clemens addidit: (etiam depositi, aut custodia nomine: ut intelligatur etiam administrationem illam, quæ datur concedentis gratia, seu in utilitatem monasterij, esse prohibitam Regularibus non officialibus: ex natura enim depositi est, ut fiat gratia concedentis tantum, ut notant Bart. & DD. in l. Quod Nerva, ff. Depositi. Ad hæc quod ibidem simpliciter ait Concilium: (Nec liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere.) Clemens, ut omnes omnino comprehendat expressis inquit: [Nec Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem 74 Fratibus, vel eorum alicui. ] Ac demum quod ait Concilium: [Administratio autem bonorum ad solos officiales pertineat:] Clemens in §. Nullus, declarat nomine officialium non intelligi Superiores locorum, sed tres ministros dumtaxat, nempe Exactorem, Depositarium, & Dispensatorem. Quo loco Clemens expressè approbat opinionem Hostien. Jo. Andri. & aliorum hic, qui dixerunt administrationem bonorum monasterij posse demandari officialibus temporalibus tantum, puta Elemosynario, Cellerario, & aliis hujusmodi, non autem illis, quorum officium versatur circa spiritualia, puta Priori Claustrali, vel Sacristæ, ut dixi supra num. 42. Unde etiam sublatam est dispositio, C. Edoceri, de restruct. & aliorum juris, quatenus disponebant, ut administratio bonorum monasterij ad Abbatem pertineret, ut ibi per Decium m. 17. & per Navar. in d. cap. Nullam, à num. 8. 18. quæ 2.

75 **N**eque verò hoc casu, quod nonnunquam temerè fieri solet, obijci potest quod decreta Clementis non sint in usu; siquidem omnino cessat hoc subterfugium, cum decreta ipsa fuerint postea innovata à Paulo V. item à Greg. XV. in decretis de apost. & eisdem, & nuper à sanctis, D. N. Urbano VIII. in decretis de celebr. Missar. explorati enim contra decreta Apostolica non usum minimè suffragari nisi sit temporis annorum quadraginta cum licentia, & patientia Papæ, ut notat Præpos. in §. Leges, num. 3. 4. dist. & sæpius resolvit

Rota, ut patet decis. 197. num. 3. & 4. & decis. 213. num. 2. & decis. 221. num. 4. part. 1. & decis. 387. num. 6. part. 3. recen. Et adde quod scripsi in cap. 1. à num. 47. usque in fin. de veng. & pace.

Concludendum est igitur nemini prorsus Regularium tam virorum, quam mulierum cujuscumque qualitatis, & conditionis existat, nisi sit officialis, fas esse etiam nomine conventus habere annuos reditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabiliam administrationem, aut peculium, etiam si illud non sit superfluum, sed ad necessarios, honestos, & pios usus à Superiore ex quacunque causa concessum, & dependenter ab ejus voluntate, & nutu: nec quemquam excusari à lethali culpa, & pœnâ proprietarij inflicta ex quavis consuetudine monasterij, vel religionis, aut ex varietate, seu probabilitate opinionum, aut alio quovis prætextu, vel causa. Et religiosis tam Prælati, quam subditis cavendum esse ab hujusmodi palliamentis, quia Deus non irridetur. Ad Galat. c. 6. cap. Erubescant, 32. dist. c. Humane, 22. q. 5. cap. Tua nos, de simon. & cap. In civitate, de usur. Et eo magis quia S. Congregatio consulta an liceat Regularibus interpretari decretum c. 2. sess. 25. de Regul. respondit non licere.

Ad dubium ut supra conceptum num. 1. Sacra Congregatio respondit negativè, videlicet in nullo ex supra scriptis casibus licere Regularibus utriusque sexus habere prædictos annuos reditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabiliam administrationem, seu peculium non superfluum nomine conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate, ac nutu: alioquin non esse immunes à culpa, & pœnâ, de qua in d. c. 2. sess. 25. de Regular.

## De Statu Monachorum.

## Cap. Recoletes.

## S V M M A R I V M.

- 1 **O**mnis religio aggregata Cisterciensibus eorum mores servare tenetur.
- 2 **M**onachi Cistercienses tenentur regulam observare secundum originalia instituta à c. 1. m. 8.
- 3 **C**onsilio, & verbis horatorij parendum est si materia sit de præcepto.
- 4 **R**egulares utriusque sexus tenentur ad observantiam regulæ secundum primam institutionem circumscriptis privilegijs Apostolica c. n. 8.
- 5 **P**relati regulares possunt inducere reformationem iuxta ipsorum instituta, si eorum monasteria sint relaxata, & regula collapsa, & ad illam omnes obligare, & m. 1. seqq.
- 6 **R**egulares profitentur regulam, non consuetudinem.
- 7 **P**apa potest religiosis etiam strictiorem vitam indicare, quam eorum regula exigit.
- 8 **I**tem potest primam vim rigorem regulæ mitigare.
- 9 **R**egulares in substantialibus regulæ consentunt se conformare cum originalibus institutis, licet religio ipsa à Superioribus non reformetur.
- 10 **E**t quæ sint substantialia regulæ.



- 11 Domus religiosa potest ex toto se transferre ad religionem alterius Ordinis.
- 12 Monasteria Tertiarum an possint collegialiter transire ad strictiorem ordinem de licentia Provincialium Ministrum, remanente eodem Superiore, & conventu.
- 13 Iuramentum à Canonico Insularum praestitum de non impedienda translatione eorum Ecclesiam ad Ordinem Cisterciensem valet in eorum praesidium.
- 14 Hospitalarii possunt in praesidium suum se, & domum suam alteri religiose domui subicere, & n. 46. vers. Ad tertium, & num. seq.
- 15 Regularium per se totum conventum an possint ad strictiorem ordinem se transferre licentia petita, licet non obtenta, & num. 17. a. 4. & seq.
- 16 Monasterium unum potest alteri aggregari, & uniri ordinaria auctoritate, & num. 2. 4. & seq.
- 17 Intellectus, i. Licet, de Regular. & num. 20. & 28.
- 18 Moniales de iure communi possunt ad strictiorem religionem transire licentia petita, licet non obtenta.
- 19 Et quid post Concilium Tridentinum, & Bullam Pij V. de Claustra Monialium, & num. 48.
- 20 Spiritus Dei ubi est sibi libertas, Declaratur num. 48. vers. Ad confirmationem.
- 21 Monialium transitus ab uno ad aliud monasterium in quibus casibus permittatur ex Bulla Urbani IV.
- 22 Bulla Urbani IV. super transitu Monialium an sit sublatà à Concilio Tridentino, & Constitutione Pij V. & num. 49.
- 23 Translationem unius conventus ad alium fieri posse de licentia Ordinarii qui Auctores senserunt.
- 24 Intellectus cap. unte. de religio. domib. lib. 6. & num. 32.
- 25 Argumentum de parte ad totum, vel de singulis ad universos multoties vacat.
- 26 Collegio laicorum, vel aliis illicito legari non potest singulariter personis seculis.
- 27 Appellatio generalis à quocumque gravamine non tenet.
- 28 Transitus ad strictiorem religionem cur facilius permittatur singularibus personis, quam conventui vel ordini.
- 29 Unio annuum beneficiorum simplicium diocesis facta seminario ab Episcopo non valet.
- 30 Rex alienare, seu donare non potest in praesidium regni sui, & contra Regi honorem.
- 31 Maiores Ecclesiae causa ad Romanam Ecclesiam sunt referende.
- 32 Concilium Lugdunense de transitu totius conventus, vel ordinis an habeat locum in ordinibus non revocatus.
- 33 Religio una non potest ad aliam religionem etiam strictiorem transire sine auctoritate Sedis Apostolicae, & num. seq.
- 34 Religionem novam solum Papa potest approbare, seu confirmare.
- 35 Solemnitas eadem qua requiritur ad constructionem altaris, requiritur ad eius destructionem. Episcopi, & Praelati regulares suppressere non possunt religionem à Sede Apostolica approbatam, ibidem.
- 36 Unio translativa dicitur incorporatio, qua equiparatur aliorum.
- 37 Cum aliquid prohibetur, censetur prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud.
- 38 Monachum translatus ad aliam religionem nihil habet commune cum prima.
- 39 Regularis translatus à religione Fratrum Minorum

- rum ad tertium Ordinem S. Francisci recuperat ius succedendi in bono sibi post translationem delatari.
- 40 Regulares subijciuntur Superioribus illius religionis, ad quam canonicè sunt translati.
- 41 Monasterium fundacionibus Episcopi, vel Praelati Regulares derogare non possunt.
- 42 Episcopiam pro navice, & de patroni consensu dispensare nequeunt contra legem in fundacione beneficij.
- 43 Monasterium venit beneficij appellatione.
- 44 Fratres S. Dominici, & Servorum mutare possunt suas Constitutiones, sed non originalia instituta religionis.
- 45 Communitio voluntatum fieri non potest ab inferiori à Principe, etiam in melius.
- 46 Legatum distribuendum in usum pauperum applicari non potest Presbytero pro Missis celebrandum.
- 47 Unio, seu aggregatio unius conventus quatenus fieri possit sine auctoritate Papae, non tamen fieri potest multorum conventuum, vel omnium, & cur.
- 48 Monialibus licentia se transferendi ad aliud monasterium quibus conditionibus concedatur.
- 49 Episcopum transire non potest Moniale ab uno ad aliud monasterium ex causa furoris, sine licentia Sedis Apostolicae.
- 50 Praelatus Regularis concedens licentiam Moniali tendenti ad episcopatum ex eo dicitur monasterio, incidit in excommunicationem.
- 51 Moniali post Bullam Pij V. educi non potest ex uno monasterio, ut praefici possit in Abbatisiam alterius.
- 52 Bulla Pij V. cur non sustulerit facultatem reducendi Moniales ad monasteria intra urbes.
- 53 Regularis non cogitur invitari ad arctiorem religionem transire, nisi propter demerita.
- 54 Monialis an liceat egredi claustrum in casu inevitabili, & periculosa necessitate.

**R**ECOLENTES. Monet Cistercienses ut servant regulam secundum primitivam institutionem; hoc dicit primo; & domus religiosa aggregata Cisterciensibus eorum mores servare tenetur; hoc dicit secundo. Dividitur in quatuor partes secundum Goffred. Holsten. & Jo. Andr. In prima decisione Ordo Cisterciensium secundum antiqua tempora multipliciter commendatur. In secunda consideratis modernis temporibus reprehenditur. In tertia Monachi Cistercienses, ut terminis suis antiquis contenti sint, admonentur. In quarta qualiter domus, quae Cisterciensibus se subijciunt se eisdem conformare debeant, instruntur. Secunda ibi, *Doleant*. Tertia ibi, *Ideoque*. Quarta ibi, *Ceterum*.

2 Nota primo in vers. *Ideoque*, Monachos Cistercienses teneri regulam observare secundum originalia instituta; nam etiam textus utitur verbis hortatoriis ibi, *praesens, & moniti* exhortantur; tamen huic consilio parendum est secundum Holsten. in ver. *Exhortantur*, num. 8. & Cardin. num. 4. & sic verba hortatoria, cum materia propter votum sit de praepo, non excludunt obligationem cap. *Rogo*, juncta gloss. 11. quest. 3. & cap. 1. de *restit.* ubi gloss. in ver. *Mortemur*, exponit, id est pra-

praecipimus. Ad idem textum in cap. *Ad aures*, & ibi optima gloss. in ver. *Consilio*, de *at. & qualitat.* & scripti latius in c. 1. n. 4. 4. de *Constit.*

4 Quod autem hic dicitur in specie de ordine Cisterciensi, generaliter hodie statutum est de omnibus religionibus decreto Concilij Tridentini in cap. 1. sess. 25. de *Regular.* ubi disertis verbis praecipitur ut omnes Regulares tam viri, quam feminae ad regulam quam professi sunt, praescriptum vitam instituant, & component; atque in primis, quae ad suam professionem perfectionem, ut obedientiam, paupertatis, & castitatis, ac si quae alia sunt alicujus regulae, & ordinis peculiaria vota, & praepcepta, ad eorum respectivè utilitatem, necnon ad communem vicium, & veltium conservanda pertinentia fideliter observent. Et quamvis controvortant Doctores, si reducat monasterium ad primum rigorem regulae, pristinaque severitatem, inibi exilentes an praesens compellantur servare illam reformationem; & Oldrad. cons. 96. tunc non posse praesens compelli; tamen contraria opinio est communis, quam tenet Innocentius in cap. *Supra eos*, super *de regul.* & ibi Jo. Andr. Butr. Cardin. & Abbas. Idem Abb. plenè in cap. *Ad nostram*, num. 4. & ibi latè Felin. num. 3. & 5. Dec. m. 5. & 6. & Praxop. num. 9. de appell. Butr. in cap. *Cum causam*, num. 14. & 15. de elect. Alvar. Pelag. de plant. eccles. lib. 2. cap. 3. col. 4. Pro qua est optimus textus in dict. cap. *Cum causam*, in fine, ut ibi dixi in octavo notab. post Butr. l. num. 14. & Jo. de Anan. num. 4. Rationem assignat Abb. in dict. cap. *Ad nostram*, quia per professionem renunciant propriae voluntati, & ut dicit summa Aflen. tit. 47. de *Regular. art. 3. in 7. quest.* proficentes profitentur regulam, non consuetudinem, & propterea ad regulam observantiam compelli possunt. Eidem sententiae adhuc Jo. Monach. in cap. 7. de *regular. lib. 6.* & ibi latè Prob. num. 14. & seq. qui testatur de communi, eamque ut veram, & communem amplectitur. Rota dec. 215. par. 2. divers. per totam, & praesertim, num. 7. & seq.

Demum eandem sententiam probavit S. Congregatio Concilij; censuit enim posse Superiores Regularium inducere reformationem juxta ipsorum instituta, si eorum monasteria sint relaxata & regula collapsa, & ad illam omnes obligare, ut colligitur in fine d. cap. 1. sess. 25. de *regular.* Quae multo clarius procedunt in Summo Pontifice, qui potest religiosis etiam strictiorem vitam indicere, quam eorum regula exigat, ut per DD. in d. c. *Super eos*, de *regular.* & cap. *Ad nostram*, de appellat. Sicut Bonifacius VIII. indixit universis Monialibus claustrum perpetuum, ut in cap. *Periculoso*, de *Statu Regular. lib. 6.* innovato à Concilio Tridentino in cap. 1. sess. 25. de *regular.* & Pius V. in *Constitut.* de *Monialium claustris*, quae incipit, *Decoris*; ad eam claustrum legem adstrinxit etiam Sanctimonialibus illas, quae ex fundacione monasterij ad eam non tenebantur, & Clemens VIII. in *decretis de reformat. Regular.* in pluribus eos restrinxit ultra praescriptum regulam. Quod factum est etiam in decretis S. Congregationis Concilij de *Regular. Apostat. & etic.* non ita pridem editis jussu Sanctissimi D. N. Urbani VIII. Neque in his possunt religiosi resistere, quia ut formaliter dicit textus in cap. *Si religiosus*, de *elect. lib. 6.* eorum arbitrium non ex sua (cum vellet vel nolle non habeant) sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posue-

runt, & cujus imperio se subjecerunt, voluntate dependet: concordat cap. *Religiosus*, de *testamentis* & cap. *finde Sepulch. ead. lib. 6.* cap. *Non dicatis*, 12. quest. 1.

8 Quemadmodum autem potest Sedes Apostolica arctiorem vitam indicere, ita & primum rigorem regulae, & asperitatem mitigare, sicut Monachi Cistercienses, de quibus loquitur haec decretalis, ex indultis Apostolicis possunt habere castra, villas, molendina, possessiones, census, jurisdictiones, & jura, ut refert Rodriq. *Quest. Regular. tom. 3. q. 75. art. 1.* Sed circumscriptis privilegiis Apostolicis, religiosi omnes, saltem in substantiabilibus regulae, tenentur se conformare cum originalibus institutis, licet religio ipsa non reformetur, quidquid contra scripserit Navarrin. d. c. *Non dicitur*. Nam Concilium in dict. sess. 25. de *regular.* non dirigit verò in Superiores, quemadmodum fecit quando voluit arctare illos tantum, & non subditos, ut in cap. 8. 10. & 20. eiusdem sessionis, & saepe alibi. Sed loquitur de regularibus per dictionem illam universalem, omnes, quae neminem excludit, c. *Si Romanorum*, 19. dist. 13. ff. de *off. Praesid.* eiusque praecipit, ut ad praescriptum regulam, quam professi sunt, vitam instituant; unde hoc decretum restringere ad Praelatos tantum, nihil est aliud, quam littere vini inferre, & mentem Concilij labefactare; cum praesertim ex sententia S. Congregationis in his, quae sunt contra substantiaalia regulae, Religiosi non exsulentur confuetudine, quae potius corruptela dicenda est, ut dixi plenè in cap. *Supra eos*. Quae quidem substantiaalia ultra peculiaria cujusque Religionis vota & praepcepta, de quibus in d. c. 1. eadem ad tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiae rediguntur, & haec tria traditur Christus indicasse adolefcenti Math. 19. Vendere enim omnia paupertas est, sequi Christum obedientia, & castitas, non enim sequitur qui non obedit; sic non sequitur qui non imitatur. Unde & castitatem servare oportet, sicut & ille servavit. Et cum finis regularis vitae sit contemplatio, quomodo fieri poterit, ut possit quis contemplari, & evangelicam doctrinam amplecti sine castitate? Quoniam ut legitur *Joan. ep. 1. c. 2.* Omne, quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae.

11 Secundo nota ex illis verbis Decretalis: *Domus illas, quae de alijs institutionibus ad vestrum ordinem se transferunt*. Domum religiosam posse ex toto se transferre ad religionem arctiorem alterius ordinis, ut hic colligunt Anton. de Butr. num. 4. Jo. de Anan. ead. num. & Abb. num. 2. Cuius autem auctoritate id fieri possit, aut debeat, & an sufficiat licentia petita, licet non obtenta, dicam plenè in sequenti quaestione.

12 Extant in Belgio plurima Sanctimonialium monasteria vulgò Grisearum solum tertij Ordinis S. Francisci nuncupata, quae etsi in communi vivunt, & tria religionis essentialia vota emittunt; claustrum tamen non servant. Harum Monialium cura ferè communiter incumbit Ministris Provincialibus Fratrum Minorum S. Francisci respectivè in suis provinciis sive regularis, sive strictioris observantiae; qui serio pro earum reformatione, & maxime claustrum laborant. Quod ut efficacius facere possint, aliqui dictionum Provincialium his Monialibus transitum ad alios strictiores ordines tam efficaciter suaserunt, ut aliqui dicta-



rum Monialium integri conventus suum primarium institutum deserentes liberè amplexati sunt alios ordines à diversis fundatricibus fundatos, qui arctiores sunt instituti, nempe Añunciatarum à B. Joanna Regina Gallie, & Conceptionis B. Mariæ, Qui diversi Ordines diversum etiam habent vivendi modum, diversum officium divinum cum prius ad officium B. Mariæ tenerentur, nunc verò ad Romanum, denique alia vota, & diversum omnino à primo habitum, & aliam professionem post novitatus animum, remanente solo Superiore, & conventu eodem.

QUÆRO, An Superiores Ordinis Minorum possint hujusmodi transitum permittere ad aliam religionem arctiorem, etiam non mutato conventu, nec Superiore, & illam novam professionem cum mutatione habitus sua propria, & ordinaria autoritate recipere: An verò ad id Summi Pontificis requiratur assensus, cum monasteria hujusmodi priorum elemosynis fundata, & dotata fuerint pro Tertiariis S. Francisci.

Et quidem posse Superiores ordinis hunc transitum permittere sua ordinaria autoritate videtur luaderi primò ex hac decretali ibi: Si enim relicto originali ordine instituta ad communia voluerit aliorum monasteriorum iura divertere, & ibi: Caterum domus ille, que de alijs institutionibus ad vestrum ordinem se transfulerint. nulla enim mentio hic fit de autoritate Apostolica, & verba illa, si voluerit, & verba, se transfulerint, potius insinuant translationem pendere à libera voluntate Congregationis Monachorum.

13. Secundò ad idem adducitur textus in cap. Cum dilectus, supra de his que vi, met. caus. ubi deciditur valere votum, & juramentum, quod præsterint Canonici Insularum, de non impedienda translatione ecclesie ipsorum ad Ordinem Cisterciensem, ubi glos. in ver. Ecclesia, notat hujusmodi translationem fuisse validam quantum ad ipsos, licet non quantum ad Episcopum, cum facta fuerit eo inconsulto, cui propterea nullum fit præjudicium, sed habebit jura Episcopalia sua sicut consuevit, ut in cap. Quia monasterium, de relig. domib. & sic secundum glos. nullo respectu ad hanc translationem requiritur autoritas Papæ; & ita hunc textum ad ad hoc allegant simpliciter Butr. & Abb. supra citati in 2. notab.

14. Tertio idem suadetur ex c. Inter dilectos, de donat. ubi clarè deciditur posse Hospitalarios in præjudicium suum se & domum suam alteri religiose domui subijcere, & donare; & dum in fine additur, nullum præjudicium hinc generari Dicecesano Episcopo, hoc indicat eo consentiente subijctionem, & donationem valere in omnibus, nec opus esse autoritate Sedis Apostolicæ.

15. Quarto idem probatur in cap. Olim, si primo, supra de rebus spoñat. ubi patet subijctionem, quam Fratres Humiliati de se, & suis fecerant magistro, & Fratribus militie Templi sub conditione, si compleret Episcopo, fuisse validam, ubi Innoc. num. 4. in ver. Conditione, dicit simpliciter prædictos Fratres Humiliatos bene posse se dare, seu transferre, cum arctior sit religio, allegat cap. Licet, de regular. & ita in translatione personarum totius domus religiose Innocentium videtur velle, ut sufficiat licentia petita, licet non obtenta. Quod apertius ibi tenet, Hostien. num. 1. dicens, bene

licuisse Fratribus Humiliatis transire ad arctiorem, secundum Innocentium, idque verum esse quoad personas suas petita licentia, licet non obtenta, juxta textum in d. cap. Licet. Regulam tamen ut ipse ait, in ipso loco institutam, vel habitum, vel statum antiquum ejusdem loci immutare, vel locum alius subijcere sine autoritate Episcopi non possunt, nec Episcopus debet talibus consentire sine consilio Capituli sui, cap. 2. de suppl. neglig. Pralat. cum conc. ord. de quibus per eum nisi hoc fieret Papa autorizante, arg. cap. Frater, nitaris de Cler. non res. cap. ad audientiam, si secunda de eccles. adif. & cap. Excommunicamus, §. Quia verò, de Hæres. Ita Hostien. quem totidem verbis sequuntur ibidem Jo. Andr. num. 29. Bellam. nu. 20. vers. Non opponitur, Butr. num. 31. Imola num. 7. Anchar. & Abb. num. 12.

16. Quintò adducitur textus in cap. Sicut unire, de excess. Pralat. ubi apparet unum monasterium posse alteri aggregari, & uniri ordinaria autoritate, hac tamen distinctione. Nam aut monasterium subest Episcopo; & potest uniri monasterio, etiam alterius ordinis autoritate Dicecesani, ut ibi clarè deciditur, de consensu tamen Capituli, & adhibitis solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum ecclesie, ut per Calderin. cons. 266. aliàs 4. de reb. eccl. non alien. Hostien. in cap. 2. m. 2. in verb. Potius occasione concessione, de suppl. neglig. Pralat. Aut subest Superioribus Regularibus, & aggregari potest illorum autoritate, ut illic probatur à contrario sensu: nam propterea improbatir unio Prioratus facta à Prælato regulari inconsulto Dicecesano, quia Prioratus ille erat eidem Dicecesano subiectus: ergo si fuisset exemptus, potuisset fieri aggregatio sine illius consensu, ut ibi notat glos. in ver. Intra Diceces.

17. Sextò idem suadetur ex generali regula c. Licet, de regular. nam si licet cuiilibet religioso in singulari transire ad ordinem strictiorem licentia petita, licet non obtenta; cur non liceat omnibus? Si uni, cur non decem? Si decem, cur non toti monasterio? cum idem juris esse debeat de toto quoad totum, ac de parte quoad partem, h. Quæ, de tota, & ibi glos. Bart. & DD. ff. de rei vendit. Præsertim verò quia de religiosis transiuntibus in plurali loquitur text. in cap. Cum singulari, §. Prohibemus, de prob. lib. 6. & de Virginibus in communi concilium Triburicense cap. 26. in hac verba: (Virgines Sacræ si pro lucro animæ suæ propter distinctiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint: Sancta Synodus concedit, referunt in cap. Virgines, 20. qu. 4. & ita licere Monialibus ad arctiorem religionem transire, tradit ibi glos. in ver. Virgines, sentiens id eis licere licentia petita, licet non obtenta, dum allegat textum in d. cap. Licet. Idem tenet glos. in cap. unico in princ. in ver. Perpetua, de Statu Regular. lib. 6. & ibi Anchar. & Gemin. ambo num. 11. Sylvest. in ver. Religio, 7. q. 16. in secundo dicto, Socin. Senior cons. 222. Præsens consilium ratio, per totum, volum. 2. Decian. cons. 20. & circum-

18. Septimo idem suadetur ex generali regula c. Licet, de regular. nam si licet cuiilibet religioso in singulari transire ad ordinem strictiorem licentia petita, licet non obtenta; cur non liceat omnibus? Si uni, cur non decem? Si decem, cur non toti monasterio? cum idem juris esse debeat de toto quoad totum, ac de parte quoad partem, h. Quæ, de tota, & ibi glos. Bart. & DD. ff. de rei vendit. Præsertim verò quia de religiosis transiuntibus in plurali loquitur text. in cap. Cum singulari, §. Prohibemus, de prob. lib. 6. & de Virginibus in communi concilium Triburicense cap. 26. in hac verba: (Virgines Sacræ si pro lucro animæ suæ propter distinctiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint: Sancta Synodus concedit, referunt in cap. Virgines, 20. qu. 4. & ita licere Monialibus ad arctiorem religionem transire, tradit ibi glos. in ver. Virgines, sentiens id eis licere licentia petita, licet non obtenta, dum allegat textum in d. cap. Licet. Idem tenet glos. in cap. unico in princ. in ver. Perpetua, de Statu Regular. lib. 6. & ibi Anchar. & Gemin. ambo num. 11. Sylvest. in ver. Religio, 7. q. 16. in secundo dicto, Socin. Senior cons. 222. Præsens consilium ratio, per totum, volum. 2. Decian. cons. 20. & circum-

19. scripta, num. 13. volum. 1. Quinimo prædictum can. Virgines, hodie non fuisse correctum per Concilium Tridentinum, in cap. 5. sess. 25. de regular. Sicut secundum glos. præallegatam non fuit correctus per d. cap. unicum à Concilio innovatum, imò nec fuisse correctum per Constitut. Pij V. super clausura Monialium, opinantur Navar. in c.

de stat. nunt. 19. q. 3. in 4. notab. num. 48. & cons. 5. nu. 3. vers. Secundo quod non pridem, de Statu Monach. Rodrig. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 52. art. 6. & Sanch. in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 7. sub m. 5.

20. Et confirmatur quia facultas transiendi in d. cap. Licet, fundatur in ea ratione, quod ubi Spiritus Dei est, ibi libertas; & qui Spiritu Dei agunt, non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto; & propterea religiosus impediri non debet quin ad meliorem frugem transmigret, & sanctioris vite propositum liberè adimpleat. Hæc autem ratio æquè viget in omnibus in communi, atque in singulari in particulari: ergo in utroque casu idem jus statuendum est, Clem. 2. de Testib. glos. fin. in cap. Nihil de electi.

21. Ultimo pro hac parte assertur Constitutio Urbani IV. super institutione secundæ regulæ Sanctæ Clare, edita 15. Kalend. Novemb. ejus Pontificatus anno tertio, quæ incipit, Beata Clara: & habetur in Bullario novo tom. 1. pag. 100. ubi primò statuitur, ut proficentes hanc regulam omnitemporè vite suæ clausuram firmiter servare teneantur: & mox excipiuntur aliqui casus, quorum ultimus est: Nisi de mandato, aut autoritate Cardinalis, cui à Sede Apostolica generaliter fuerit iste ordo commissus, monasterio primo rationabili causa relicto totus conventus ad monasterium aliud se transferret. Quæ quidem facultas hodie competit Ministris Provincialibus, qui in locum Prosectoris suffecti sunt, ut habetur in monumentis Ordinis Fratrum Minorum in secunda impressione fol. 113. & in Supplem. fol. 72. prout refert privilegiorum Collector in Compendio in ver.

22. Clausura Monialium, §. 5. Et eandem facultatem non fuisse sublatam à Concilio Tridentino in d. c. 5. sess. 25. aut Constitutione Pij V. super clausura Monialium, quæ incipit, Decor, edita Kalend. Febr. 1569. tradit novissimè Præter Ludovicus Miranda in Manuali Prælator. tom. 1. in tract. de Monial. qu. 3. art. 3. vers. Quantum verò attinet ad sexum: eò quod hic casus concernat bonum, & utilitatem totius monasterij, sive Communitatis. Quin verò & quandoq; pertinere possit ad utilitatem totius religionis, ut monasteria ex uno in alium locum transferantur. Quam ob causam Concil. Tridentinum in d. c. 5. præcipit, ut sanctimonialium monasteria extra mœnia urbis, vel oppidi constituta ab Episcopo, & aliis Superioribus, sita videbitur expedire, ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur.

23. Quare hanc opinionem videlicet posse integrum conventum, seu domum religiosam ex toto se transferre ad arctiorem ordinem autoritate Ordinarij tenet in puncto Feder. de Senis cons. 29. Quodam valens, num. 1. vers. Plus dico, ubi consuluit si sint duo monasteria, in quorum altero Moniales ex aliqua causa non possent honestè vivere, aut sine penuria, debere Prælatum utriusq; monasterij Moniales ex illo educere ad aliud monasterium, ubi possint vitam honestam ducere, & absque penuria, utrumque monasterium ad tempus, vel in perpetuum uniendo; & loquitur in terminis Monialium S. Clare, & Provincialis Ministris. Idem tenet Guidopapa cons. 134. num. 2. vers. Secundo præmitto, & Abb. hic num. 2. dicens domum religiosam posse ex toto se transferre ad religionem arctiorem alterius Ordinis, autoritate tamen Superioris interveniente, puta Episcopi, per cap.

Sicut unire, de excess. Pralat. Qui tamen textus loquitur de unione duorum monasteriorum. Sed ubi non fieret transitus cum unione, sed religiosi omnes alicujus conventus vellent se transferre ad arctiorem ordinem, tunc Superioris autoritatem non requiri, sed sufficere licentiam petitam, licet non obtentam, docent Hostien. Jo. Andr. & omnes in cap. Olim, si primo, de rebus spoñat. quos repetimus supra num. 15. & est de mente glos. in cap. Inter dilectos, in ver. Adjudicatio, de donat. & Joan. de Anan. hic in ultimo notab. dum ait unam Ecclesiam etiam alterius religionis, & habitus posse cum clericis suis se transferre ad regulam strictiorem, sicut etiam persona in cap. Licet, de Regul. & simpliciter sufficere licentiam petitam, ex recentioribus tenent Gregorius Lopez, l. 9. in ver. Religiosos, tit. 7. part. 1. Rodrig. quæst. regul. tom. 3. q. 52. art. 6. ubi allegat Franciscum Marci, quæst. 95. alias est 953. n. 4. par. 1. & sequitur Thom. Sanchi. licet prædicta non alleget, in Decalogo lib. 6. a. 7. n. 7. Unde hanc sententiam videtur amplecti antiqui, & moderni Doctores.

24. Verum et si hæc valde urgeat videantur, illis tamen non obstantibus, exitum secundum ea, quæ proponuntur in themate, huc transitum fieri non posse sine autoritate Sedis Apostolicæ.

Moveri primò per textum in cap. unico, §. fin. de relig. domib. lib. 6. ubi Gregorius X. in Concilio Lugdunensi sic itauit. (Ad hæc personis ordinum, ad quos constituta præfens extenditur, transiendi ad reliquos ordines approbatos licentiam concedimus generalem.) ita quod nullus ordo ad alium, vel conventus ad conventum, ac loca sua totaliter transferat Sedes ejusdem super hoc permissione specialiter non obtenta. Ecce igitur textum apertum, in quo transitus conventus, vel ordinis ad aliam religionem totaliter fieri non potest sine licentia, & consensu Ecclesie Romanæ, unde glos. in ver. Totaliter. [ Nota, inquit, non idem in toto quoad totum, quod in parte quoad partem: totus ergo ordo, vel conventus ipsius Ordinis ad alium ordinem, vel conventum se transferre non poterit. ] Jubeatiam notat Guilel. licere singulariter, quod non licet universaliter; similiter Jo. Monach. ibi num. 9. notat permitti transitum specialem, non generalem, & sequitur Jo. Andr. num. 4. in glos. ubi. Gemini. in §. ad hæc, in princ. ubi generaliter tradit facultas dari licentiam transitui singulari, quam universitari; & sic non semper idem juris esse de toto quoad totum, quod de parte quoad partem.

25. Quod pluribus exemplis confirmari potest 2 nam videmus collegio Judæorum, vel alias illicito legari non posse: & tamen singularibus personis collegi licite legatur, h. Cum senatus, ff. de reb. dub. l. 1. C. de iudic. Quæ jura ad propositum nostrum allegat Guilel. & Jo. Andr. ubi supra. Item generalis ratio casuum fortuitorum non valet in iudiciis; sed si specialiter exprimitur, l. Sed est qui, §. Quæstrum, ff. Si quis caution. secundum Jo. Monach. Item valet appellatio specialis si causa probabilis exprimitur, cap. V. debitum, supra de appellat. & tamen generaliter interposita super omni causa, quæ aliquo tempore possit moveri, non tenet, c. Inter cetera, eod. tit. ubi glos. in ver. Appellationem, pariter notat non valere, aut licere in genere quod valet, aut licet in specie, & allegat concord. Alia jura ad hoc allegat Francisc. Boattin. & post



& post eum Jo. Andr. loco cit. c. Relatum, il 2. de testam. c. Ad autenticam, de cler. non resid. & c. Apophtheca, de donat. Argumentum igitur de parte ad votum, vel de specie ad genus generaliter non procedit, ubi est dare rationem diversitatis, ut per DD. in l. Qua de tota, ff. de rei vendicat.

28 Et ex his tollitur fundamentum desumptum ex cap. Licet, de Regular. & ex c. Virgines, 25. qu. 4. quia illa jura loquuntur de singularibus personis transeuntibus, non de universa Congregatione, vel ordine. Inter hæc autem magna viget ratio diversitatis: nam per translationem totalem universitatis, vel ordinis decoloratur; vel annihilatur religio ipsa, quod non contingit per translationem singularium personarum. Et propterea in simili quantum Episcopus possit unire unam, vel duas Ecclesias, cap. Sicut unire, de excess. Pralat. non tamen unire potest omnes, quia sic collationes, & jura sua mensa Episcopalis evacuetur pro dignitate quadam, ut Oldrad. inquit cons. 1252. In questione num. 2. vers. Præterea dato. Cujus sententiam aliâ sequuta est S. Congregatio Concilij: nam consultâ ab Episcopo Hellenen. An unio omnium beneficiorum simplicium diocesis facta seminario sit valida: respondit non esse validam.

29 Et ob eandem rationem quamvis Rex possit validè alienare, & donare, cap. Abbate, de re iudic. lib. 6. Oldrad. cons. 94. Eleganter, circa fin. num. 23. vers. Sed quid in casu præfati, tamen secus est si alienatio regnum diminueret, aut graviter læderet dignitatem, textus est, qui de Rege Hungariz loquitur, in cap. Intellecto, de iur. iur. notat Bart. in l. Prohibere, §. Plenè, ff. Quod vi aut eliam. Bald. cons. 159. Super eo num. 3. vers. Et hæc vera sunt, & num. 7. vers. Insuper præsupponendum, lib. 3. Oldrad. ubi supra, & multo magis si alienatio evacuetur, vel annihilaret jura, & statum regni, ut per Abb. qui loquitur in Rege Franciz, in cons. 3. Nitar. col. 18. & seq. lib. 2. & Paul. de Castro cons. 700. Quia supra num. 6. vers. Sed postea, lib. 1. Ubi de Rege Polonie. Quippe ex totali translatione Universitatis conventus suppressi non mittere laudantur, ut per Feder. de Sen. cons. 29. Quidam volens, num. 2. vers. Præsupposito, & per translationem totius Ordinis religio ipsa evacuetur, & annihilatur: unde rei gravitas efficit, ut translatio hujusmodi sit Sedi Apostolicæ

31 reservata, ut in d. §. Ad hæc. Majores enim Ecclesie cause ad Romanam Ecclesiam sunt referendæ, cap. Majores, de Baptis. cap. Dudum, 3. quest. 6. & cap. 1. de trans. Episc.

32 Nec obstat quod Boatinus relatus à Jo. Andr. in d. cap. unico, num. 4. dicat ibi esse casuale, ut non possit tota domus religiosa, quod potest pars illius, & Petr. de Anchar. ibidem num. 2. Similiter tenet illud esse speciale in ordinibus, qui in seipsis debent deficere; sed in aliis ordinibus posse totum conventum se transferre ad actiorem auctoritate Episcopi cum Capituli consensu. Id inquam non obstat, quia ut formaliter dicunt in c. 1. supra de Pact. Hostien. num. 4. & Jo. Andr. num. 8. cum casus speciale non sint recipiendi, nisi ratio specialitatis reddatur, ut notatur in c. Si quando, de res. iur. reddant rationem specialitatis de prædictis insufficientem, & sic eis adhareamus: aliâ enim ad specialitatem confugere, dicit esse refugium mitorum glossa magna circa princ. in l. Filium quem habentem, c. Famil. crese. Quam

tamen rationem afferre non possunt, imo contrarium sic ostendit: nam ab ordinibus, qui in seipsis debent deficere, licet transire etiam ad æqualem, vel laxiorem, quia text. in d. c. unico, §. fin. de relig. domib. lib. 6. dicit, Licentiam concedimus generalem, & ibi hoc notant Archid. Jo. Andr. Gemin. & alij; & tamen hoc non licet in aliis ordinibus, c. Licet, de Regular. Concil. Tridentinum c. 19. sess. 25. de Regular. Et sic facilius datur ut transitis à primò dictis ordinibus, quam ab aliis approbatis. Et ratio est manifesta, quia de ordinibus, qui debent deficere, Ecclesia non est amplius sollicita, quin potius optat, ut superstities illorum reliquit quantocius extinguantur. Et propterea concedit illorum personis liberam facultatem transeundi ad quamcumque religionem ex approbatis, etiam minorem: ergo si in hujusmodi ordinibus, à quibus transitus facilius permittitur, non potest integer ordo ad alium ordinem, vel conventum, ac loca sua totaliter transferre sine Apostolica auctoritate, ut ibi deciditur: longe minus id facere poterunt alij ordines, vel conventus: non enim intelligo qua ratione personis ordinum revocatorum nõ liceat collegialiter se transferre ad alias religiones sine licentia Papæ, & tamen hoc liceat collegialiter personis aliorum ordinum non revocatorum, quibus quidem personis singulariter transitus difficilior permittitur: unde ex majoritate rationis, & a fortiori existimo canonem Concilij Lugdunensis in d. §. fin. habere locum etiam in ordinibus non revocatis, Ad hoc c. Constitutionem, de Regular. lib. 6. ubi Constitutionem Innocentianam, quæ prohibet Converterum professionem recipi ante annum probationis elapsam, Alexander IV. ad Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordines declaravit extendi; & Bonifacius VIII. pari similitudine rationis inductus declarationem eandem & aliorum Mendicantium Ordines prorogavit, ubi pondera Bonifacium non prorogasse Constitutionem, sed declarationem ob rationis identitatem; Ergo Constitutio, quæ de aliquibus ordinibus loquitur, habet locum etiam in aliis, in quibus viget eadem ratio. Quod tenet Petr. de Tudereto post cons. 25. Federic. de Sen. ejus opinionis fuit etiam Lapsus Abb. ad consultationem Federici in 8. responsione data Federico in consilio ejusdem Federici 88.

33 Moveor secundò, quia si liceret conventui, vel Congregationi ex toto se transferre ad aliam religionem strictiorem sine licentia Summi Pontificis, utique idem liceret integro ordini, seu religioni: Non enim est dare rationem diversitatis, cur liceat uni, & obus, vel pluribus conventibus, aut uni, vel pluribus provinciis; & non liceat omnibus. Imò quoad beneplacitum Apostolice translatio integri ordinis, & unius conventus æquiparantur in d. cap. ult. §. fin. de relig. domib. lib. 6. Sed consequens est falsum, quia integer ordo nullo casu potest se ad alium ordinem transferre sine auctoritate Romani Pontificis: ergo

34 & antecedens. Minor probatur, quia solus Papa potest novum ordinem, seu religionem approbare, seu confirmare, c. unico, de voto, lib. 6. & ibi notat gloss. in ver. Per Sedem Apostolicam, cap. fin. de relig. domib. & d. cap. unico, ubi Franc. num. 1. in 3. 35 not. ab eodem tit. lib. 6. Ergo solus Papa potest ordinem, seu religionem approbatam infirmare, vel suppressere, sicut fecit Geogorius Xian d. c. unico. Nihil

nihil enim tam naturales est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est, l. Nihil tam naturale, & l. Fere, la seconda, ff. de reg. iur. Bald. cons. 28. Super eo num. 1. vers. Nam regula generalis est quod prout quodque producitur, sic resolvitur, lib. 3. & Dominus par jus, & solvendi esse voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permittit dicit textus in c. Verbum, de pont. dist. 1. & eadem solemnitas quæ requiritur ad constructionem actus, requiritur ad illius destructionem. Roman. cons. 65. Visu themate, num. 2. vers. Hac enim, & cons. 116. Visti, in princ. Episcopi autem, & Prælati regulares potestatem non habent supprimendi religionem à Sede Apostolica approbatam, quia inferior jura Superioris infringere, seu relaxare non potest, cap. Inferior, 21. dist. cap. Cum inferior, de maior. & obed. Clem. ne Romanis, de elec. & est expressum in cap. Institutiones, 25. qu. 2. secundum Archid. in cap. Licet canon. num. 3. vers. Et ibi asserit dicit, de elec. lib. 6.

36 Sed per hujusmodi totalem translationem, & aggregationem ordo aggregatus remanet suppressus, & translatus in corpus, & naturam religionis, cui est aggregatus, seu incorporatus, ut colligitur ex hac decretali in ver. Si enim reliquis, ibi, Communi jure censeat, & clarius ibi, [In societatem ordinis, & habitus identitatem assumptas,] & tenet gloss. in ver. Capient. Collectar. vers. Sed hic loquitur de adherentia per modum aggregationis & Feder. de Sen. cons. 29. Quidam volens, Calderin. cons. 275. vers. Confirmatur ratio, alias, 13. de reb. eccl. non alien. Unio enim translata dicitur incorporatio, quæ æquiparatur olluvioni, ut dicit Angel. cons. 247. Punctus Papa univrsi, ubi loquitur de unione monasterio S. Pontiani monasterij Montis Oliveti Lucani diocesis. Ergo hæc translatio extinctiva, seu suppressiva religionis translata fieri non

37 potest sine auctoritate Sedis Apostolicæ. Et confirmatur, quia cum aliqui prohibetur, censetur prohibutum omne id, per quod pervenitur ad illud, l. Oratio, ff. de sponsal. Feder. de Sen. cons. 63. Super invocatione, nu. 4. & hæc dicit esse regulam Signoroli. cons. 160. num. 4. & ideo prohibita electio prohibetur postulat, quia per eam pervenitur ad electionem, quæ est illi conjuncta, c. In casibus, de elec. Abb. cons. 55. Ad decisionem, n. 3. vers. Circa quartum, lib. 2. & in ver. dicitur matrimonio censetur interdicta sponsalia, per quæ ad matrimonium pervenitur d. Oratio. Abb. ubi supra, & prohibitus alienare, censetur prohibitus quoque actus facere, quibus alienatio illa loqui posset, Bald. in l. Quoties, la prima, nu. 1. C. de fidei comm. Sed per totalem translationem, & suppressionem conventuum perveniri potest ad suppressionem totius religionis, vel ordinis, quod est prohibutum, ut ostensum est supra: ergo hæc totalis translatio, & suppressio itidem prohibita est.

38 Moveor tertio, quia si possent Moniales collegialiter transire ad actiorem ordinem licentia petita, licet non obtenta, hinc esset aperta via, qua Sanctimoniales omnes possent se eximere à jurisdictione Episcoporum, & se subicere Superioribus Regularibus. Quandoquidem possent petere licentiam transeundi ab ordinario; eo que licentiam denegante, liberè transire juxta terminos d. c. Licet, de regular. & per hanc translationem remanerent liberata à superioritate Episcopi: hæc enim est natura translationis, ut Monachus

translatus, nihil habeat commune cum prima religione, à qua transferretur, ut constat ex Concilio Calcedonensi in c. Si quis iam translatus, 21. qu. 2. & desinat esse filius primæ religionis, ut inquis. gloss. in cap. Statutum, in ver. Restituit, in fin. 18. q. 1. Ob quam rationem S. Congregatio aliâ declaravit Regulare ex indulto Apostolico à religione Fratrum Minorum de Observantia ad tertium Ordinem S. Francisci ex legitima causa translatum recuperare jns succedendi in bonis sibi ex testamento, vel ab intestato post translationem delatis, &

39 acquirere secundæ religioni; & sic Congregatio Monialium post canonicam translationem remaneret aggregata, & incorporata secundæ religioni, ut dictum est in præcedenti a. g. n. 36. & consequenter subiecta esset tantummodo Prælati secundæ religionis. Quod colligitur etiam ex hoc textu ibi: (Si enim relicti originalibus instituti ad communia volueritis aliorum monasteriorum jura dividere, oportebit vos communi jure censeat.) Necnon ibi: (Domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad veltrum ordinem se transferunt, vestris omnino se satagent usibus conformare; & sic in omnibus religioni vestre coaptent, ut quæquæmodum gaudent se in societatem Ordinis, & habitus identitatem assumptas, sic etiam se latent vestris institutionibus conformatas. Quæ quidem verba toties geminata, universaliter, & prementia necessario supponunt Monachos translatos subijci debere superiori ordini, cui per translationem uniti, & incorporati referuntur.) Cum enim omnes sint effecti unum corpus, non debent duplici jure censeat, ut dicit gloss. in verb. Communi jure per text. in cap. Cognovimus, in fine 12. quest. 2. & cap. Cum in tua, supra de decim. Imò esset veluti monitrum, ut unum corpus subisset diversis capitibus, Quoniam in plerisque, supra de offie. ordinar. Præterquam quod si à Monachis singularibus licet arguere ad universos, ut contentundum adversarij, certè absonum esset, ac ferè impossibile ut singularis Monachus transiens ad religionem strictiorem juxta d. c. Licet, non subesset Superioribus illius Religionis. Quomodo enim posset in practica observari, ut religio illi in aliorum societatem assumptis communium Superiorum non recognosceret, cum dignum sit, ut qui similem cum aliis vitam suscipiant, communem sentiant in legibus disciplinam, ut hic in text. Demum de translatis hoc est expressum in decreto Concilij Tridentini, cap. 11. sess. 14. ibi: Ut in ordine ipso, ad quem transferretur sub sui Superioris obedientia in claustro perpetuo maneat.) Et per consequens idem dicendum esset in conventu, seu congregatione Monialium post canonicam translationem. Hoc autem esse inconveniens ut Monialibus universis liberum sit subtrahere se à cura, & regimine Episcoporum, & Regularibus se supponere, tam notum est, ut probatione non

40 egeat: ergo inconveniens est etiam id ex quo sequitur, nempe ut liberum sit Congregationibus Monialium ad actiorem ordinem transire licentia petita, licet non obtenta.

41 Moveor ultimò, quia monasteria Monialium, de quibus agitur, ex largitionibus fidelium supponuntur instituta, & fundata fuisse sub regula tertij Ordinis S. Francisci. Hinc autem legi fundationis Episcopi, vel Prælati regulares derogare non possunt statuendo ut deinceps monasteria sint sub



regula alterius ordinis, & sub alia invocatione, seu titulo, & Moniales novum habitum induant, & aliam professionem emittant diversam à primæ institutione: hæc enim fieri non possunt sine commutatione voluntatem, qua Sedi Apostolicæ tantum est reservata; ut in Clem. *Quia contingit, de relig. domib.* & ibi notat glof. in ver. *Sedi Apostolicæ*.  
 42 *licet*. & Abb. num. 3. vers. *Solus Papa*. Idem probatur in decreto Concilij Tridentini in cap. 6. sess. 22. & de foundationibus est expressum in cap. 5. sess. 25. *de reform.* ubi statuitur, ut quando ex beneficio- rum quorumcumque erectione, seu fundacione qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt in iuncta, eis non derogetur. Super quo decreto S. Congregatio Concilij consulta, An Episcopus pro una vice dispensare possit contra legem in fundacione beneficij, accedente Patronorum consensu, juxta tradita per DD. in cap. *Cum accessissent*. de *Consi.* respondit non posse, & d. cap. 5. fultulisse facultatem, de qua per Do-  
 43 *ctores* in d. cap. *Cum accessissent*. Appellatione autem beneficiorum, cum Concilium utatur dictione illa universalium quorumcumque, quæ nihil excludit, cap. *Solutio de maior.* & obediens, & materia sit favorabilis, 1. *Cude Sacrosancti.* Ecclesiarum monasteria continentur, cap. *Cum inter, de re iudic.* Calder. *consil.* 293. num. 2. vers. *Item verba generalia, alijs 1.*  
 44 *de ver. permitt.* Unde secundum Jo. Andr. in cap. *Sane de regular.* in *Novell.* quem refert, & sequitur Anchar. *consil.* 32. *Premittenda sunt.* n. 1. vers. *Vterius etiam premitendum est,* quamvis Fratres servorum, & S. Dominici, qui sunt sub regula S. Augustini, possint recedere ab illis Constitutionibus, quas illa regulam induxerunt: non tamen recedere possunt à regula, & ab institutis originalibus fundacionis. Quinimo adeo illibate custodiri solet lex fundacionis à Sede Apostolica, ut nec Concilium Trident. illi unquam derogaverit, nisi in duobus casibus, in quibus pro Ecclesiarum Cathedralium, & religionum reformatione necessarium fuit tollere privilegia, etiam in limine fundacionis, nempe in cap. ult. sess. 25. *de regular.* & in cap. 6. sess. 25. *de reform.* Privilegia enim huiusmodi sunt ex titulo oneroso, & ex pacto, & conventionem, quibus vix Summus Pontifex solet derogare, cap. *Significatum,* & ibi dixi post Innoc. & Hostien. & alios *supra de preben.* Quamobrem cum monasteria hæc in Belgio ab initio fuerint fundata sub regula tertij Ordinis S. Francisci, non intelligo quia autoritate possit Provincialis Minister dictam fundacionem immutare, & à primævis, & originalibus institutis recedere derogando voluntati priorum fundatorum qui fortè prædictam regulam elegerunt ob peculiarem affectum, seu devotionem erga illam, vel ob aliam specialem causam.  
 45 Nec refert quod mutatio fiat in melius transfundendo à laxiori ad strictiorem vitam: Etenim nec in melius fieri potest commutatio voluntatis sine autoritate Sedis Apostolicæ, ut tradit Cardin. in d. Clem. *Quia contingit*, num. 11. *de relig. domib.* ubi format hæc questionem: Testator disposuit ut erigeretur Hospitalis per executores in fundo suo, & dotaretur ad usum pauperum; Executores volunt autoritate Diocesani facere ecclesiam religiosam: An possint? & refert Jo. Andr. cum quibusdam alijs consuluisse pro parte affirmativa hoc fundamento, quia qui melius, & magis

facit, non facit aliud, sed idem. Plus autem est ecclesiam religiosam facere, quam Hospitalis. Facit, cap. *Scriptura, de voto,* & cap. *Plus, de regul. iur. lib. 6.* Contrarium tamen determinat ibi Cardinal. per litteram d. Clem. Et quia voluntas defuncti pro lege servanda est, cap. *Ultima voluntas,* 13. q. 2. cap. *Tua, de testam. cap. Cum Marthe, de celebrat. Missar.* Nec plus hoc casu continet minus, cap. *Cui de non Sacerdotali,* & cap. *Cum in illis, de prob. lib. 6.* & dicit in hoc residere Laud. & ad id, quod dicitur: Qui melius, & magis facit &c. Respondet procedere quando minus continetur sub majori, prout loquitur, d. cap. *Scriptura,* alias secus, ut per eum. Idem tenet ibi Imol. q. 9. Abb. in cap. *Tua nos,* num. 4. *supra de testam.* Rochus de Curte in *tract. de insep. in ver. Constituitur,* n. 22. & 23. Et ob hanc rationem panem in usum pauperum distribuendum ex præscripto testatoris non posse per inferiorem à Papa applicari Presbytero pro Missis celebrandis, licet hoc sit melius, fuit decitum in Capella Tholofana, ut in *decis.* 26. per cap. *Non quidem, de testam.* per d. Clem. *Quia contingit, de relig. domib.* per 8. *Si qui adificationem,* in *authen. de eccles. iur. collat.* 9. per 1. *Si quis ad decedendum,* 5. penult. *de Episc. & Cler.* In casu autem proposito tertius Ordo S. Francisci, quod est minus, non continetur sub ordine Annunciarum, aut Conceptionis B. Marie, quod est plus; sed ordinis sunt omnino diversus supponitur in themate.  
 Non obstant contraria. Ad primum enim desumptum ex hac decretali, respondetur textum non aperire qua autoritate fuerit facta translatio. Et supponendum est fuisse factam canonicè, & sic autoritate Sedis Apostolicæ, cum alias non sit canonica, ut in superioribus probatum est. Nec adversantur verba, *si voluerit,* & *se transferent,* quia non excludunt autoritatem Superioris, sed solum probant transitum fieri non posse sine voluntate, & consensu transferebantur: nempe enim invitus cogitur ad arctiorem ordinem migrare, glof. in cap. *Cesta, in ver. Crescere* 74. *dist. glof. 2.* in cap. *penult.* 324. 1.  
 Ad secundum respondet glof. 1. in *fin.* in eodem cap. *Cum dilectus, de q. qua vi, mer. caus.* videlicet Canonice ibi non subijcitur ecclesiam Ordini Cisterciensi, sed tantum seipsum personaliter obligasse ad servandam illorum regulam. Bene autem potuerunt promittere nos impedire translationem ecclesie sue ad ordinem Cisterciensem faciendam ab illis, ad quos pertinet.  
 Ad tertium, quartum, & quintum respondetur hodie standum esse dispositioni Concilij Lugdunensis in d. 8. *Ad hæc,* quo prohibetur transferri minus conventus, vel Ordinis sine autoritate Sedis Apostolicæ, licet jura antiqua viderentur hoc permittere Diocesano, ut in contrarijs. Præterea quatenus jura antiqua non sunt correctæ per dict. cap. *Vnicum,* ex notatis per glof. in cap. *Constitutionem,* in ver. *Prærogative de regular. lib. 6.* tamen sunt declaranda, ut non procedant ubi agitur de commutatione voluntatis, ut in casu præsentis. Hæc enim fieri non potest etiam in melius sine autoritate ecclesie Romanæ, ut ostensum est supra in ultimo fundamento pro hac parte. Ul-  
 47 *terius jura antiqua intelligi possunt procedere in translatione, seu aggregatione unius conventus tantum, non autem multorum, vel omnium.* Nam

textus

textus in d. cap. *Inter dilectos,* expressè loquitur de Hospitalariis S. Allucij, qui hospitalis ipsum supposuerunt Hospitalariis S. Sepulchri, & cap. *Quoniam, de restit. spoliat.* itidem loquitur de Fratibus Humilitatis Domus Calventie, qui se, & sua subjecerunt Fratibus Militie Templi, & cap. *Sicut untre, de excess. Pralator.* de unione monasterij Gradensis facta monasterio de Accato. Ab unione autem, & suppressione unius monasterij non licet inferre ad unionem, & suppressionem multorum, vel omnium, quia per suppressionem multorum decoloratur, seu deformatur tota religio, quæ per dismembrationem scinditur, & enormiter leditur; & per suppressionem omnium religio ipsa ex toto extinguitur, & annihilatur: quod inferioribus non permittitur sine autoritate Summi Pontificis, ut probatum est supra num. 28. & seqq.  
 Ad sextum, nempe ad cap. *Licet, de Regular.* & cap. *Virgines, 20. q. 4.* Patet responsio ex dictis supra in primo fundamento pro hac sententia n. 24. & 8. & seqq. Præterea facultas, quæ de jure communi habebant Moniales transfundendi ad strictiorem religionem licentia petita, licet non obtenta, juxta glof. in d. c. *Virgines,* & alios supplicatos n. 18. sublatam fuit per Constitutionem Pij V. *Decor.* super clausura Monialium: quidquid perperam scripte in contrarium Navarr. Rodrig. & Sanchez citati eod. n. & contra quos tenet Azor. *soma. consil. iur. moral.* lib. 13. cap. 8. q. 1. & ita sæpius declaravit Sac. Congregatio tam Concilij, quam Episcoporum, & Regularium, quæ etiam transfundi licentiam non concedit, nisi adjunctis conditionibus inscriptis, videlicet. Dummodo Superiorum primi monasterij, & Monialium transfundendarum accedat assensus, & non antea ab eodem monasterio Moniales egrediantur, quàm constet secundum paratum esse illas recipere, & in eo capitulariter, & per secreta suffragia recipiantur; ut docem à cæteris Monialibus prælati solitam perfolvants ipsaque translatio consanguineis, gravibusq; matronis, & his deficientibus, alijs pijs, honestique personis concomitantibus fiat, atque ab uno ad aliud monasterium absq; diverticulo rheda clausa vel latem earumdem Monialium orbis parte relata, & ea modesta, qua sponsas Christi decet, recta procedatur, nullibique pernoscatur, nisi hospitij causa apud honestas personas, vel ubi monasteria Monialium reperirent, apud easdem Moniales, quas Oranarj loci accedente licentia, bene eas invenerint receptrices; ac demum omnis eis spes ad primum monasterium redeundi præsentis decreto penitus censetur ablata. Et ita multoties vidi observatum. Aliquando etiam dictum fuit translationem faciendam esse de consensu proximiorum consanguineorum, id est parentum, fratrum, & sororum Monialium transfundendarum, ut in casu Januarii, die 13. Julij 1607.  
 Ad confirmationem respondet singulariter Innocentius III. in c. *Nisi cum pridem,* 5. *Verum,* vers. *Sed dices;* spiritus ubi vult spirat supra eod.  
 49 Ad ultimum respondetur Constitutionem Urbani IV. in omnibus illis casibus, in quibus indulget, ut Moniales transire possint ab uno ad aliud monasterium, fuisse abrogatam per posteriorem Constitutionem Pij V. de clausura Monialium; & ita sæpius fuit resolutum, & in hoc decipitur Miranda, qui contrarium tenet; unde cum esset ab

Episcopo translata Monialis à suo ad aliud monasterium, & in eo propter furorem manere non posset, nec Monialibus parere vellet, & cõsanguinei petissent, ut eam domi expensis monasterij retinere possent: S. Congreg. Concilij censuit scribendam Episcopo, non potuisse eam absque Sedis Apostolicæ licentia illam transferre ad aliud monasterium ex Constitutione Pij V. propterea jubebat, & curæ eam reduci ad suum monasterium, & cæteris Monialibus parere, adhibitis etiam viaticulis, si opus fuerit. Rursus cum esset dubitatum an monasterium de Xixena situm in loco paludoso, propter quem aer sit insalubris, & periculose iurmitates Moniales invadant, comprehendente in prædicta Bulla Pij V. de clausura Monialium, adeo ut Moniales exire nõ possent ad curandas illas infirmitates: S. Congreg. censuit comprehendere hoc monasterium in Bulla Pij V. licet adjectis hunc casum dignum esse provisione specialia, ut quæ infirmitatibus illis propter aeris intemperiem præmitur, possint de consilio utriusq; Medici, & licentia Superioris exire; & ita Sanctissimus annuit. Et alias cum Monialis obtinisset à Superiore regulari licentiam ab Ordinario approbatam ex eundem monasterio causa curandi morbum epidimicæ, & extra illud per sex menses commorandi, & lapsa sex mensium termino, cum longiori ad curationem opus esset, petijt ut terminus ex dispensatione Apostolica sibi prorogaretur. Sac. Congregatio censuit otracem, si verè laborat morbo epidimicæ, non indigere dispensatione Apostolica, quia est casus exceptus in Constitutione Pij V. quod si infirmitas tendat ad epidimiam, ut dicitur in licentia per Superiorem Monialis concessa, nõ potuisse talem licentiam concedi, & eum qui concessit incidisse in excommunicationem.  
 51 Quinimo etiam facultas Episcopo attributa ex decreto c. 7. sess. 25. *de Regular.* fuit sublata per eandem Constitutionem, ut Gregorius XIII. declaravit. Nam cum Generalis S. Augustini dubitaret an post Bull. Pij V. de egressu Monialium, liceat de monasterio ad monasterium Moniale transferre, ut in eo, ad quod transferretur Abbatissa munere fungatur: S. Congregatio dixit referendum Sanctissimus quæ censuit Bullam corrigere decretum Concilij c. 7. sess. 25. *de Regular.* & idè ex illo decreto non licere amplius extrahere Moniales de monasterio pro constituenda Abbatissa in alio, nisi obtenta speciali licentia à Sede Apostolica.  
 Item ex decreto Pauli V. publicato à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium sub die 22. Decembris 1617. ac intirmato Procuratoribus Generalibus Ordinum, non possunt Moniales quacumque occasione transferri de monasterio ad monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ toties quoties obtinenda, neque ratione Prioratus, vel alterius officij, quibuscumque in contrarium non obstantibus: ut testatur Castellin. tunc Procurator Ordinis Prædicatorum in *tract. de elect. c. p. 17. num. 5.*  
 52 Nec prædictis adversatur consideratio, quod Extravag. Pij V. non suffulerit facultatem Episcopo tributam in d. c. 5. sess. 25. *de Regular.* Siquidem illa non est propriè translatio, sed potius reductio ad monasteria intra mœnia; & propterea Concilium non utitur verbo, *transferuntur,* sed *reducuntur.* Ac præterea in eo casu subest specialis ratio cur Bulla non correxerit Concilium, videlicet ne

Q2

San-



De Statu Monachorum.

Cap. Quod Dei timorem.

S V M M A R I V M.

- 1. Canonicus Regularis potest praefici Parochiale etiam seculari cum sacro sui Ordinis. & commode fieri possit.
- 2. Causa per effectum cognoscitur, & demonstratur, & per exteriora de interioribus indicatur.
- 3. Scire proprie quid sit.
- 4. Scire aliquando per causas intrinsecas rei perfectus scitur, quam per causas extrinsecas.
- 5. Canonici Regulares, & Monachi equiparantur.
- 6. Monachi in quibus differant a Canonici Regularibus, & num. seq.
- 7. Monachus parochiali Ecclesiae praefectus, an & quando teneatur secum habere sacrum in Ordinis.
- 8. Canonici Regulares quando, & a quibus instantur, & num. seq.
- 9. Canonici Regularium Religio in Processionibus, & alijs actibus publicis praecedit omnes alias Religiones.
- 10. Praepositi Canoniarum Regularium in infra annum ad Sacerdotium promoveri debeant sicut Praepositi Canoniarum ex Constitutione Clementis V. Monachorum appellatione an veniant Canonici Regulares, ibidem, & num. seq.
- 11. Argumentum a simili, vel ab identitate rationis non habet locum in his, quae exorbitant a iure communi.
- 12. Monachi de iure communi an possint assumi ad regimen Parochialium Ecclesiarum sine dispensatione.
- 13. Canonici Regulares hodie an possint praefici Parochialibus Ecclesijs secularibus, & num. seq.
- 14. Vicarius perpetuus secularis deputari potest ab Episcopo in Parochialibus unitis eorum monasterijs Canoniarum Regularium ex Concilio Tridentino, & num. seq.
- 15. Regulares ad alios ordines translati etiam Canonici Regulares sint ex Concilio Tridentino prohibentur institui in Parochialibus Ecclesijs.
- 16. Canonici Regulares etiam ad tempus prohibentur assumi ad curam animarum ex decreto Gregorii XIII.
- 17. Regulares quorumcumque ordinum praefici non possunt cura animarum personarum secularium sine dispensatione Apostolica, qua non conceditur nisi instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate Ecclesiae.
- 18. Item abinere non possunt prebendam in Collegiis Canoniarum Secularium, nec beneficia simplicia secularia etiam ex dispensatione Episcopi.
- 19. Canonici Regulares de iure communi sunt incapaces beneficiorum simplicium secularium.
- 20. Commendatarius Prioratus Canoniarum Regularium, cui animarum cura personarum secularium incumbit, an teneatur in d. Prioratu residere, & curam animarum per seipsum exercere, & num. seq. usq. in fin.
- 21. Vicarius amovibilis deputatio arguit curam esse penes deputantem, si deputans sit secularis, sicut se regularis.
- 22. Priores non sunt intrinseci, sed obedientiarj, ideoque non sunt Curati nec Sponsi Ecclesiae.

Prioratus Canoniarum regularium sunt in duplici differentia.

QUOD DEI TIMOREM. Canonicus Regularis potest praefici Ecclesiae Parochiali etiam seculari, sed debet socium sui ordinis secum habere, si commode fieri possit. Hoc dicit secundum omnes. Et potest dividi in tres partes. In prima exordium. In secunda facti narratio, & supplicatio. In tertia supplicationis admissio cum duplici motivo. Secunda ibi, Sancti, Tertia, ibi, Licet.

Nota primò ex principio litterae causam per effectum declarari, & demonstrari, & sic per exteriora de interioribus iudicari. Ad idem cap. Ex scriptis de presump. Clem. Exvi. §. Cupientes, vers. Cum enim, & ibi Card. in 2. notab. num. 10. de verb. significat. l. Lex qua, C. de administr. tutor. Unde Martb. 7. Ex fructibus eorum cognoscet eos, cap. 2. de Regul. iur. Et ut Hieronym. inquit relictus hic à Jo. Andr. num. 2. Ex pomorum dulcedine generosi fructus arbor agnoscitur. Adde Bald. in cap. Dudum, §. secundo, num. 31. supra de elect. ubi ait ab effectu esse locum demonstrativum, & sufficere ad intelligentiam rei intelligere effectum, licet quis nesciat definire, quod pertinet ad solum sapientem, & intelligentem medullam, & apicem rationis, allegat. not. in l. stipulatio ista, §. ubi quoque, §. ff. de verb. obligat. Proprie tamen scire secundum Philosophum, est rem per causam cognoscere propter quàm res est, & non contingit aliter se habere. Est test. secundum Bart. & Bald. in l. Pupillus, §. ff. de acquir. heredit. & in cap. Occidit, 23. q. 2. Secundum Jo. Monach. in proem. Sexti. Et scire aliquid per causas intrinsecas rei est perfectus scire, quàm per causas extrinsecas, ut per D. Thom. in 1. sentent. dist. 45. art. 3. ad 5.

Secundò nota in vers. Licet autem, Canonicos Regulares non putari se quos à Monachorum consortio: In multis enim equiparantur, cap. Praesens Clericus, 20. q. 3. ubi pariter expectant mercedem, cap. Non magnopere, & cap. Super seculis, de Cler. vel Monach. ubi pariter prohibentur audire leges, vel Physicam, cap. Ex parte, de postulan. ubi pariter prohibentur postulare, nisi pro utilitate ecclesiae, vel sui monasterij, cap. in singulis, infra eod. ubi pariter celebrant Capitulum Provinciale. Et generatim conveniunt in substantiis Regulae, scilicet obedientia, cap. Cum in ecclesijs, de maior. & obed. abdicacione proprii, supra in cap. prox. & castitate, cap. Vn. de voto, lib. 6. Item in communi mensa, & dormitorio, cap. Quoniam, de vit. & honest. Clericor. Signorol. de Homod. conf. 142. In exceptione, in princip. adeo ut propterea Hostien. in cap. prox. num. 2. & 7. & post eum Card. hic in l. 9. num. 10. dicant Canonicos Regulares, & Monachos in omnibus equiparari, nisi in exceptis. Differunt autem in pluribus, & in hac Decretali habes tres differentias. Prima est generalis; quia Canonici Regulares regulae inserviunt laxiori. Secunda est specialis, quae ex praecedenti deducitur: Nam Monachi praefici non possunt Parochialibus ecclesijs secularibus propter prohibitionem Concilij Lateranensis secundum unum intellectum, Canonici Regulares secus, quia cum inserviunt laxiori Regulae in praedicta prohibitionem non includuntur, ut hic dicitur in vers. Quia tamen. Sed de hoc dicam plenius in seq. quae.

7 Tertia est quam ponit hic glos. magna in verb. Regimen, quia Monachus Parochiali Ecclesiae praefectus tenetur habere socios secum sui ordinis, ut in cap. Monachi, supra eod. & in cap. fin. de Capell. Monach. Sed Canonici Regulares ad hoc non tenentur, nisi commode possint, ut hic dicitur. In hoc tamen glos. in Clem. 1. §. Ad hac, in ver. Ad claustrum, hoc tit. dicit iura quae tractant de Monachis ne soli maneant in Capellis, de claustralibus intelligi, ut patet ibi, & in d. cap. fin. de Capell. Monachor. Si ergo Monachus est perpetuo institutus ad curam populi, & sic nihil habet commune cum monasterio, cap. Ne pro curia sitet, 16. q. 1. socium non tenet, & subdit ita servari de facto, nec rationem occurrere, quare Abbas tale Monachum suo claustrali Monacho sociare debeat. Sed obedientiarius qui claustralis est, & solo nutu Abbatis revocatur ad claustrum, non debet esse solus, ut cum socio alicuius stabilitatem claustrum servet. Et idem dicit de Regulari Canonico. Quam glos. distinctionem sequuntur ibi Jo. Andr. num. 17. Card. num. 1. in 4. opposit. Anchar. num. 32. quae §. 26. & Abb. supra, in cap. 10. nachi, num. 3. & ibi dixi in 3. notab. Quarta differentia est quia Monachi fundatores, & institutores habent Benedictum, & Basilium, quorum Regulam profitentur, ut in cap. Perniciosam, 18. q. 2. Cardin. hic num. 4. in 7. notab. Sed Canonici Regulares fuerunt ab initio nascentes ecclesiae ut patet ex Constitutione Benedicti XII. quae incipit, Ad decorem Ecclesiae, edita idibus Maij, Pontificatus anno quinto, in Bullar. tom. 1. pag. 196. ubi legitur Religiosem Canoniarum Regularium Ordinis S. Augustini à Christi Religiosis discipulis in primitiva Ecclesia sacris institutionibus stabilitam. Eos enim Alexandrius S. Marcus instituit, ut per Colleg. Paduan. conf. 2. quod habetur post Concil. Cardin. Zabarell. num. 13. 14. & seq. Et Caccialup. conf. 4. post Concilium eiusdem Cardinalis, num. 5. & seq. Et propterea in processibus, & alijs publicis actibus haec Religio praecedit omnes alias Religiones, & primum locum obtinet immediate post Clerum secularem, ut declaravit Pius V. in Constitutione cum ex ordinum 1570. 10. Cal. Januar. in Bullar. tom. 2. pag. 324. In hac verba: [Universi Canonici Regulares Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem S. Augustino eorum Reformatorum, itorum per reformationis viam mundo geniti, merito praeferre possunt se omnes alia persona ecclesiastica tam seculares, quàm Regulares in processibus, & alijs actibus publicis praecedere debere. Cum tamen non liceat membra à Capite separare, &c. Canonicos praedictos statim ipsum Clerum secularem non exemptum subsequi, dum ipsi subsequendo praecedunt; dum verò praecedendo praecedunt, illum, immediate sequi debere declaramus.] Et eodem modo cum controversia super praecedentia inter praedictos Canonicos, & Congregationem Cassinensem diu ventilata fuisset, & in Concilio Tridentino renovata; cumque tres Cardinales à Pio IV. deputati retulissent se comperisse ex pluribus litteris Apostolicis, diversisque alijs documentis, rationibus, & probationibus ipsos Canonicos fuisse, & esse de illis Clericis à S. Augustino, quinimo à Sanctis Apostolis institutis; idem Pius IV. ipsis Canonis.



nonicis præcedentiam adjudicavit in Constitutione Scdis Apostolicæ 18. Februarij 1564. in Bullar. tom. 2. pag. 106. licet Caccialup. d. conf. 4. num. 2. dicit. eos fuisse institutos tempore Beati Augustini. & ortum habuisse à Nazareis. quibus committebantur Sancta Sanctorum. allegans Jo. de Deo in suo opusculo de dispensat. & addens sub dubio aliquos ab eo relatos num. 39. tenere originem duxisse à Ruffo. seu Ivone apud Francos tempore Ludovici Imperatoris. & in Italia prope Mediolanum ex præcepto Alexandri. & num. 50. appellatam fuisse Congregationem Frisonariam. seu Frisonem: & plenius in fin. conf. num. 59. ubi de multiplici eorum origine.

10. Regulariter tamen. ut prædiximus. Monachi. & Canonici Regulares eodem jure censentur. Unde quamvis Feder. de Sen. conf. 25. Casus ratio est. Quidam fuit promotus: consultuerit Constitutionem Clementis V. in Clem. 1. §. Caterum. de stat. Monach. qua statuitur ut Priores Conventuales infra annum ad Sacerdotium promoveri debeant. non habere locum in Præpositis Canonicorum Regularium. cum de ipsis non loquatur. sed de Monachis. Et pro hac parte plurimum stringat hæc decretalis. ubi pōderatur idcirco Canonici Regulares non comprehendi in prohibitione Concilij Lateranen. quia in illa de Canonici Regularibus. qui regulæ inserviunt laxiori. specialiter nõ cavetur: tamen ejus consilium refellit Petrus de Tuderco. cujus dictum habetur insertum post idem consilium Federici. eo quod licet Constitutio illa loquatur de Monachis: tamen idem intelligendum in Canonici Regularibus. cum idem jus regulariter sit in utriusque: & allegat text. hic. & cap. Dicum. di. dist. Nec obstat secundum eum. quod Constitutio. quæ loquitur de aliquo Ordine Mendicantium. non porrigatur ad alium ordinem. in quo non sit eadem ratio. ut notatur in c. Constitutionem. de Regular. lib. 6. Quia illud intelligitur quando expressè de aliquo ordine loquitur. cujus appellatio alij ordines non veniunt: Sicut ubi generaliter loquitur de Monachis. quia tunc omnes veniunt etiam Canonici Regulares. cum ipsorum Monachorum appellatione prædicti Canonici contineantur. ut in iuribus præalleg. Et ejusdem opinionis fuit Lap. Abb. ad consultationem Feder. in 2. respons. data Federico in consilio ejusdem Federici 88. Verum hæc responsio Petri de Tuderco non placuit Federico. quia dicta Constitutio solum habet locum in Monachis nigris: unde ibi dicitur. ordinis. seu religionis hujusmodi. Et quamvis jura generaliter loquentia de Monachis ut religiosi habeant locum in Canonici Regularibus. tamen jura generaliter prodita circa Monachos nigros in Canonici Regularibus locum non habent: & argumentum à similibus. vel ab identitate rationis non habet locum in his. quæ exorbitant à jure communi. Ad hoc glof. notab. in d. c. Constitutionem. in ver. Prorogamus. de Regular. lib. 6. glof. in c. Quæ à jure de regul. in ver. eod. lib. & Barthol. in Extravag. Quæ sunt rebelles. §. Transfr. num. 7. Et in hoc tandem residet Feder. cujus consilio etiam se subscripit Jo. Andr.

12. Tertiò nota ex illis verbis. [ Et per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in Presbyteros ordinari. ] Monachos de jure communi assumi posse ad regimen parochialium Ecclesiarum. Et signa casum.

in quo possunt assumi. scilicet propter officium prædicandi. quod in multis est privilegiatum. & specialiter in hoc. secundum Host. hic. num. 8. Et in sum. hoc tit. §. Vtrum populum. qui allegat ad hoc c. 1. & 2. §. dist. & c. Quorundam. 7. dist. Item tenent Jo. Andr. & Paulin Clem. 1. in glof. in ver. Seculare. de elect. Cæterum in hoc maxima est inter Doctores varietas opinio. quas recenset Anton. de Butr. in c. Monachi. num. 16. supra eod. & Rota. decis. 262. incipiens. In religio. alias §. de iure patr. in novu. videtur residere in hac sententia ut in Monacho assumendo ad curam animarum hodie sicut olim necessaria sit dispensatio. & forte Papalis propter celebre Concilium Lateranense in d. c. Monachi. contra quod Episcopi dispensare non possunt. Communiter tamen tenetur Monachum de jure ex causa utilitatis de Abbatis consensu ab Episcopo promoveri posse ad parochialem Ecclesiam sine dispensatione. dummodo cum eo habitet alius saltem Monachus. ut hic per glof. in ver. Regimen. Host. num. 8. post Hug. Bertrand. & Goffred. quos citat Jo. Andr. num. 14. Henrich. Boich. num. 15. Butr. num. 11. Cardin. num. 11. quest. 2. Anchar. num. 6. & 11. Joan. de Anan. num. 6. 8. & 9. Feder. de Sen. conf. 136. Fasquin. tale est. per tot. Roch. de Gurt. de iure patr. in ver. Honorificum. quest. 4. num. 8. Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 19. a num. 13. & de communi opinione testatur Abb. bion. num. 7. Quod tamen intellige si parochiales sint monasterio distinctæ: secus si cura incumbat ipsi monasterio. quia tunc Monachus nullo modo præfici potest curæ animarum personarum secularium sed cura ipsa exerceri debet per Presbyterum secularium. ut est textus in cap. 1. & ibi scripti plenissime. infra de Capell. Monachor. Verum an hæc procedant post Concilium Tridentinum dicam in proxima questione.

13. QUÆRO. An hodie sit locus dispositioni hujus Decretalis. adeo ut Canonici Regulares præfici possint parochialibus Ecclesiis etiam secularibus cum scio sui ordinis. si considerari possit.

14. Congregatio Lateranensis Canonicorum Regularium proposuit olim S. Congregationi Concilij se in civitate Cremonæ habere monasterium S. Petri de Pado. cui unitæ sunt plures parochiales. ex quarum fructibus alitur magna familia tam Sacerdotum. quam clericorum juvenum. qui velut in seminario quodam bonas litteras edocentur. Insuper novam à fundamentis edificat Ecclesiam magno sumptu. Solvit etiam per plures taxas sibi à Congregatione impositas. quarum summa excedit ducatorum mille. His non obstantibus Cardinalis Borromæus in visitatione d. civitatis decrevit Vicarium perpetuum in una dictarum Ecclesiarum pro seculari Presbytero. amoto Parocho regulari. quod tendit in maximum monasterij damnum. quando longè minori expensâ vivunt regulares in dictis parochialibus. Unde non poterunt postea. si Vicarij seculares erunt. tot onera peftere. Et propterea S. Congregationem adierunt pro remedio dicentes de jure communi licere obtinere beneficia secularia Curatæ Canonici Regularibus absque dispensatione Papæ. vel Episcopi. nec licere Episcopo amovere eorum Vicarios Regulares ab ipsis in dictis parochialibus deputatos. quæ eis sunt pleno jure etiam quoad spiritualia subiectæ. Die 27. Octob. 1575. Congregatio publica censuit dicendum par

tibus ut informet Sacram Congregationem. ut videatur de jure: quia jure veteri Canonici Regulares sunt capaces parochialium secularium. c. Quod Dei timorem. & ibi glof. in ver. Regimen. de statu Monach. Et Concilium non prohibuit quin Canonici Regulares possint uti hoc jure veteri. & habere parochiales. nisi quando translati. c. 11. sess. 14. Sed videtur obstat cap. 7. sess. 7. quando agitur de unitis. quia vult provideri curæ earum per Vicarios ab Episcopo deputandos. Et ita Congregatio intellexerat tempore Pij V. Item Pius V. in Bulla 47. indulserat omnibus regularibus nominationem Vicarij perpetui cum approbatione Episcopi: & Mendicantibus. & Canonici Regularibus indulsit ut in unitis possent nominare ex seipsis non Vicarios perpetuos. sed amovibiles: & Regulares Monachi idem possunt: sed nominant unum ex his Vicarium amovibilem approbatum prius ab Episcopo cum alijs quatuor Monachis. Sed Bulla Pij V. redacta est ad terminos Concilij unde si jure non possunt. agendum cum Sanctissimo pro gratia. exemplo Pij V. Deinde eadem Congregatio generalis censuit referendum Sanctissimo Canonici Regulares jure veteri esse capaces Ecclesiarum parochialium. d. c. Quod Dei timorem. & à Concilio id non caveri. nisi quando translati. d. cap. 11. sess. 14. Tamen obstat quod in unitis quando eriguntur Vicariæ perpetuæ est in arbitrio Episcopi apponere eos. vel alios. Item Pius V. indulsit. ut possent Canonici Regulares. & Mendicantes nominare unum ex suis. qui prævio examine esset Vicarius amovibilis nunc Superiorum. Sed hæc Bulla Pij V. redacta est ad terminos Concilij: tamen pro eis facit jus vetus.

Die 2. Decembris 1575. Sanctitas sua audita relatione. visa est sentire Concilium. cap. 7. sess. 7. non ita clarè dare arbitrium Ordinario ponendi quos velit Vicarios perpetuos. etiam ad exclusionem regularium. qui alias idonei essent. Tamen postea inclinabat in sententiam illam ut Ordinarius haberet & hoc arbitrium. ut alias Congregatio senserat. Et licet Bulla Pij V. aliud statuerit: tamen quia est redacta ad terminos Concilij videbatur persistere in illa reductione. Nihilominus cum audivisset regulares perpetui multa damna ex impensis faciendis in secularibus Vicarijs. mandavit ut si monasterium non erat valde pingue. scriberentur litteræ ad Cardinalem S. Prædis. visum esse Sanctissimo ut si ex regularibus inveniantur aliqui idonei ad hanc curam exercendam. cum assumat potius. quàm secularium. & Vicarium amovibilem constituat arbitrio Superiorum suorum. Id tamen non per viam Constitutionis generalis. sed per specialem provisionem in hoc casu. & per privatas litteras. Postea verò generaliter fuit questum an Canonici Regulares de licentia sui Generalis possint assumere curam animarum tam ad tempus. quàm perpetuam. Die 8. Julij 1581. Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. noluit licere illis regularibus etiam de licentia sui Generalis absque permisso Summi Pontificis assumere curam etiam ad tempus. multoque minus beneficium Curatum in titulum: ita reperi adnotatum in libris publicis S. Congregationis. cap. 18. sess. 24. pag. 299. Et subinde cum Canonici Regulares Lateranenses peterent. ut sibi liceret cum licentia sui Generalis obtinere beneficia curata in titulum. vel ad tempus. & res à Congregati-

one delata esset ad Sanctissimum. Sanctitas sua abnuvit.

17. Ex his patet Canonici Regulares hac decretali non obstante hodie assumi non posse ad regimen parochialium Ecclesiarum absque dispensatione Romani Pontificis.

Unde infertur primò ut multo minus assumi possint ad curam animarum personarum secularium regulares aliorum ordinum: nam in Canonici Regularibus ex multorum sententia speciale erat ut possent præfici parochialibus secularibus. quia regulæ inserviunt laxiori: & propterea non comprehendebantur in prohibitione Concilij Lateranensis. ut hic deciditur. Quare si Canonici Regularibus non licet amplius obtinere parochiales in titulum. vel ad tempus propter Decretum Gregorij XIII. longè minus id licet alijs regularibus strictiorum ordinum. Hinc cum fuerit questum. An regularis possit præfici curæ animarum ab Episcopo sine dispensatione Apostolica: Sacri Congregatio Concilij censuit non posse. nisi accedente dispensatione. quæ non videtur concedenda. nisi instante Episcopo pro necessitate. vel utilitate Ecclesiæ. Et alias consultata an Ecclesiæ parochiali ex necessitate. nempe ob penuriam Sacerdotum. regularis perpetuò possit præfici: respondit permitti posse: ita ut deducto victu. quod reliquum fuerit reditum in utilitatem Ecclesiæ. & pauperum convertatur. Ob id autem necessariam esse hodie dispensationem contra opinionem antiquorum Doctorum. quod ita de stylo servari consuevit. Quod si magis placuerit Sanctissimo posse quod petitur ad tempus concedi. quoad scilicet Episcopus providerit de Clerico seculari: nihil tamen concedendum. nisi instante Episcopo pro necessitate. vel utilitate Ecclesiæ.

18. Infertur secundò ut regulares multo minus obtinere possint beneficia secularia non curata. puta Canonicatum in Collegiata Ecclesia seculari. aut beneficium simplex: Id enim etiam jure veteri prohibitum erat. ut est expressum in c. Super eo. de Regular. ibi. nec amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi. ne contra votum. quod Domino fecerunt. venire probentur. & in cap. Placuit. 16. quest. 1. ibi. nec ad Ecclesias seculares transire. Et de præbenda in Ecclesia Collegiata Canonicorum secularium tenent Hostien. in summa hoc tit. §. Vtrum populum. Jo. Calder. hic. & post eum Cardin. in 5. quest. num. 14. ver. si autem assumitur ad Canonicum. quia homines disparis professionis non debent simul in eisdem Ecclesiis fungari. c. In nova. 16. q. 7. Ad hoc Clem. 1. de elect. Neque obstat c. Quorundam. 7. dist. quia Ecclesia Siraclulana. ad quam transiit. ibi Monachus. erat etiam Monachorum. ut ibi notatur. Neque hoc casu valet Episcopi dispensatio secundum Cardinalem. Et de Ecclesia non Collegiata. seu beneficio simplici tradit Feder. de Sen. conf. 136. Fasquin. tale est. sub num. 3. ver. sed fortius obstat. Jo. Calder. & Cardin. ubi supra. Et ita secundum Cardinalem intelliguntur textus in c. Si cupis. & c. Alia. cum duobus seq. 16. q. 1. & probatur in d. c. Super eo. de Regular. & in Clem. 1. ibi. Clerici secularibus. secundum Jo. Andr. & Paul. de supplen. neglig. evalat. & in hac Decretali à contrario sensu. Cessat enim in his beneficijs ratio curæ animarum. propter quam regulares jure veteri poterant ad Ecclesias